HAIMO ALTISSIODORENSIS. (PS.-)HIERONYMUS
Zwettl 3. Drittel 12. Jh. Seite 172r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31632
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

ge steterit. Et irruebant querentes
animam meam. et inuestigantes mala
in loquebantur insidias. et dolos tota
die meditabantur. Ego autem quasi
surdus non audiebam. et quasi mutus
non aperiebam os meum. Et eram quasi
homo non audiens nec habens in ore
suo redargutiones. Te enim domine ex
spectabam tu exaudies domine deus meus.
Quia dixi ne forte insultent mihi.
et cum uacillauerint pedes mei super
me magnificentur. Quia ego ad pla
gas paratus sum. et dolor meus contra
me est semper. Quia iniquitatem
meam annuntio. sollicitabor pro pec
cato meo. Inimici autem mei in
uentes confortati sunt. et multi
plicati sunt odientes me mendacit.
Et qui reddunt malum pro bono.
adhisabantur mihi. quia sequebar bonum.
Ne derelinquas me domine deus meus. ne
elongeris a me. Festina in au
xilium meum. domine salutis mee.
Victoria idithun. canticum da
uid. xxxviii. —"—
Dixi custodiam uias me
as. ne peccem in lingua
mea. Custodiam os meum silentio
donec et impius coram me. Obmu
tui silentio. tacui de bono. et dolor
meus conturbatus est. Incaluit cor me
um in medio mei. in meditatio
ne mea incensus sum igne. locutus sum
in lingua mea. Ostende mihi domine
finem meum. et mensuram dierum meorum
quis sit. ut sciam quid mihi desit. Ecce
breues posuisti dies meos. et uita
mea quasi non sit in conspectu tuo.
omnia enim uanitas omnis homo sub
sistens. Semper. Tantum in imagi
ne ambulat homo. tantum frustra
turbatur. congregat et ignorat cui
dimittat ea. Nunc quid expecto
domine. spes mea ad te est. Ab
omnibus iniquitatibus meis libera me.
opprobrium stulto ne ponas me.
Obmutui non aperui os meum. quia tu
fecisti. Tolle a me plagas tuas
a contentione manus tue ego con
sumptus sum. In increpationibus pro
iniquitate corripuisti uirum. et posu
isti quasi tineam desiderabilia eius.
uerumtamen uanitas omnis homo.
Sempiterno. Audi orationem me
am domine et clamorem meum exaudi
ad lacrimam meam ne obsurdescas.
quia aduena ego sum apud te et pe
grinus sicut omnes patres mei. Par
ce mihi ut redeam. antequam uadam et
non subsistam. Victoria David
canticum. xxxviii.
Exspectans exspec
tauit dominum. et inclinauit
ad me et audiuit clamorem meum.

172